

ad scientiam meam que gereres non puenirent
 Cur tenebas dona mea. despiciebas mandata
 mea. Demiq; de iuda proditore hec colligere licet
 qui a apostol^o inter duodecim elatus est. et locu-
 los pecuniarum quas paupibus erogaret comis-
 sos habebat. ne videretur aut quasi inhonorus
 aut quasi egen⁹ dñm pdidisse. Et ideo vt iusti-
 ficaretur in eo. dñs hec ei contulit vt non quasi
 iniuria exasperatus. sed quasi puaricat⁹ gram
 maiori esset offense obnoxius.

De bono officio quod homini congruit ab adolescen-
 tia. Et quod verecundia multimodis fit Capitulum. II.

Quoniam igitur a penam improbitatis. et
 virtuti fore premium satis claruit. de offi-
 cijs aggrediamur dicere. que nobis ab a-
 dolescentia spectanda sunt vt cum etate accrescant
 simul. Est igitur bonorum adolescentium timorem
 dei habere. deferre parentibus. honorem habere se-
 nioribus castitatem tueri. non aspernari humili-
 tatem diligere demeritiam ac verecundiam. que
 ornamento sunt minori etati. Vt enim in senibus
 grauitas. In iuuenibus alacritas. ita in adolescen-
 tibus verecundia velud quadam dote commenda-
 nature. Erat Isaac deum timens. vt pote abrahe
 indolis. deferens patri vsq; eo. vt aduersus pa-
 ternam voluntatem. nec mortem recusaret. Joseph
 quoq; cum sompniasset quod sol et luna et stelle